



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Honore, Dignis Vel Indignis, Jvste Vel Invste, Deo  
Semper Jvstissimo, Dato, Negato, Violato**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1650**

§. 4. Diocletiani superbia itidem à veribus castigata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48689](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-48689)

bitum de cælo exitium sustulerunt. Quare  
in illum sic iuuenes lusimus.

*Es Dux, es Imperator, esq; legatus.*

*Optare quid vis amplius? Negas isthac?*

*Indusium inspice, copias tuas cernes.*

Alter autem Herodes vestitus ueste regia,  
cùm sedens pro tribunali, summa lubentia  
audiuisset populum acclamantem: *Dei voces Act.12.31.*  
*& non hominis,* itidem de sede graduq; deie-  
ctus superbiam condigne luit: nam confe-  
stim perenñit eum *Angelus Domini*, eò quòd  
non dedisset honorem Deo: *& consumptus a ver-*  
*mibus expirauit.* Ita minutissima animalia  
in grandes illos vel Dei simios, vel persecu-  
tores immissa sunt, vt supercilium ponere,  
& cristas vel inuiti demittere cogerentur, si  
à vilissimis bestijs deuorarentur, qui se ipsos  
Deos facere conabantur. Hoc superbia re-  
medium etiam D. Chrysostomus dedit, cùm *S. Chrys.*  
dixit: *Pensa naturam nostram, ex quibus con-* hom. 49.  
*stat, & quòd definit. Cogita, cùm dormis, quo sis ad pop.*  
*dignus: nonne vel minima bestiæ posse interi- Antio-*  
*chen, mere?*

#### §. IV.

*Diocletiani superbia itidem à vermis ca-*  
*stigata.*

*Diocletianus Imp. post triumphum de Persis Carol. 52*  
*R s actum gonlib. 1.*

de occid.  
Imp. An.  
Dom. 297  
ex Nice-  
phor. l. 7.  
cap. 20.

actum, hanc tantam felicitatem, tamq; prosp-  
erum fortuna obsequiuū capere animo non petuit;  
siquidem moderatione prorsus in superbiam ver-  
sā eo usque insolentia prodit, ut se posthac, mor-  
talitatis oblitus, tamquam Deum adorari vo-  
luerit. Nam proiecere se homines venerabun-  
dos, atque osculum pedibus figere pati cœpit, &  
gemmas vestibus calceisq; inseruit; cum ante  
ipsum omnes Imperatores consulari tantum sa-  
lutatione contenti fuissent, solam ehamydem  
purpuream priuato habitui adiecissent. Is au-  
tem, ut ait Nicephorus, diuinis expertus plagi,  
toto primū corpore tumorem ingentem conce-  
pit, quo deinde varie disrupto, lentè ita emar-  
cuit, ut blasphemæ eius & impia lingua, que ini-  
quitatē in altum euommerat, intra fauces ipsas  
vermium vim preferret, qui ex ore illius pro-  
repentes fætore pessimo locum habitationis om-  
nem replebant. Postremò autem, more canis,  
quam maximè latrans, sceleratam & nefariam  
cum violentia quadam exhalauit animam.

## §. V.

*Cosrhœ regis superbia humiliata.*

Ne quisquam sceptra adoret, aut reges  
Deo æquet, ecce vel Imperatores viui à ver-  
mibus cruciantur, & purpurati Principes  
facti sunt pediculosi, vt non solum despici-  
antur,